Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



APOKA

Deum adora. Testimonium enim
ihu est spiritus prophetie. Et vidi celum
apertum. Et ecce equus albus. et
qui sedebat super eum vocabatur fi
delis. et verax: et cum iustitia pug
nat et iudicat. Oculi autem eius sic
flamma ignis: et in capite eius diya
demata multa. habens nomen scriptum
quod nemo novit nisi ipse. Et vestitus
erat veste aspersa sanguine: et vo
cabatur nomen eius verbum dei. Et ex
ercitus qui sunt in celo sequebantur
eum. in equis albis. vestiti byssino
albo et mundo. Et de ore ipsius pro
debat gladius acutus. ut in ipso p
cutiat gentes: et ipse reget eas in vir
ga ferrea. Et ipse calcat torcular vi
ni furoris ire dei omnipotis. Et habet in
vestimento et in femore suo scriptum.
rex regum. et dnis dominantium. Et vidi
unum angelum stantem in sole: et clam
avit voce magna dicens. omnibus
avibus que volabant p medium celi.
Venite congregamini ad cenam
magnam dei: ut manducetis carnes
regum. et carnes tribunorum. et carnes
fortium. et carnes equorum. et sedentium in
ipis: et carnes omnium liberorum ac suorum
et pusillorum ac magnorum. Et vidi bes
tiam et reges terre. et exercitus eorum con
gregatos ad faciendum prelium cum illo
qui sedebat in equo. et cum exercitu eius.
Et apprehensa est bestia. et cum ea pseudo
propheta qui fecit signa coram ipsa. quibus
seduxit eos qui acceperunt caracterem
bestie. et qui adoraverunt ymaginem
eius. Vivi missi sunt hi duo in stag
num ignis ardentis sulphure. Et
ceteri occisi sunt gladio sedentis su
per equum qui procedebat de ore ipsius.
et omnes aves saturate sunt carnibus eorum.

Et vidi angelum de .xx.
scendentem de celo habentem
clavem abyssi: et cathenam
magnam in manu sua. Et apprehen
dit draconem serpentem antiquum. qui
est dyabolus et sathanas. et ligavit eum
per annos mille. Et misit eum in abys
sum. et clausit et signavit super illum:
ut non seducat amplius gentes. do
nec consumentur mille anni. Et post
hec oportet illum solvi modico tempore.
Et vidi sedes. et sederunt super eas: et iu
dicium datum est illis. Et vidi animas
decollatorum propter testimonium ihu. et propter
verbum dei: et qui non adoraverunt bes
tiam neque ymaginem eius. nec acce
perunt caracterem eius in frontibus aut
in manibus suis: et vixerunt et regnave
runt cum xpo mille annis. Et ceteri
mortuorum non vixerunt donec consu
mentur mille anni. Hec est resurrec
tio prima. Beatus et sanctus qui habet par
tem in resurrectione prima. In his
secda mors non habet potestatem: sed
erunt sacerdotes dei et xpi eius. et
regnabunt cum eo mille annis.
Et cum consumati fuerint mille
anni: solvetur sathanas de carce
re suo: et exibit et seducet gentes que
sunt super quatuor angulos terre.
gog. et magog: et congregabit eos
in prelium. quorum numerus est sicut
harena maris. Et ascenderunt super
latitudinem terre: et circuierunt castra
sanctorum. et civitatem dilectam. Et descendit
ignis a deo de celo. et devoravit eos.
Et dyabolus qui seducebat eos missus
est in stagnum ignis et sulphuris. ubi
et bestia et pseudo propheta: et cruciati
buntur die ac nocte in secla seculorum.
Et vidi thronum magnum candidum